



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Symmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Schismatis crimen dupliciter incurritur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

Si verò venialis tantum peccati periculum est in proximo, constat non esse mortalem incuriam talis periculi. Et similiter non est mortale, si ex ignorantia facti latet me talem meum actum esse occasionem ruinæ aliis. Et hæc de actiuo scandalo intellige. Nam de passiuo scandalo nihil dicendum est, nisi quòd est generale peccatum. Est namque quodlibet peccatum in quod homo ex alterius minus rectè dicto vel facto fuit. Vnde nec circumstantiam aggrauantem peccatum, sed monstrantem infirmitatem peccantis addit. De perfectè siquidè firmis in charitate scriptum est. Non est illis scandalum.

Schismatis crimen dupliciter incurritur.

Schisma (hoc est separatio ab Ecclesiæ unitate et intentione) peccatum est mortale: utpote contra unitatem catholicæ Ecclesiæ. Incurritur autem schismatis crimen dupliciter. Primò, si quis ex intentione non se habeat ut pars vnius vniuersalis Ecclesiæ: ita quòd operationes suas (credere, sperare, ministrare sacramenta, dare eleëmofynas, orare, ieiunare, &c.) nolit facere ut pars vnius sanctæ Ecclesiæ, sed ipse velit habere tanquam sit quoddam totum seorsum: ita quòd non sit alterius, id est vniuersalis Ecclesiæ pars. Sumus enim omnes membra vnius corporis Christi mystici, quod vocatur Ecclesia catholica. Et similiter iuxta hunc quoque modum incurritur schisma, si quis non se habeat ex intentione ad Christi vicarium in terris Romanum Pontificem indubitatum ut caput vice Christi istius corporis: quoniam hoc est subtrahere se ab unitate corporis in ordine ad vnum caput.

Et aduerte perspicaciter quòd horum vtrunq; dupliciter incurritur homo potest. Primò stando infra limites voluntatis præcisè, hoc est quia non vult recognoscere

recognoscere unitatem Ecclesie seu capitis, quamvis credat illam: & tunc est schismatis crimen purum. Altero modo extendendo malam hanc voluntatem ad actus fidei: ita quod non solum vult unitatem Ecclesie scindere, aut vnum caput non recognoscere: sed etiam credit non esse vnam omnium fidelium Christi inorum Ecclesiam: aut si credit vnam Ecclesiam in seipsa, non tamen vnam etiam secundum vnum caput Christi in terris vicarium. Et sic est non schisma purum, sed admixtum hæresi contra illum articulum. Et vnam sanctam Ecclesiam catholicam. Et si quidem unitatem Ecclesie non credit, manifesta est hæresis. Si verò unitatem capitis, hoc est Papæ non credit, quamvis in dubium fortè reuocetur an sit hæreticus propterea quia non inueniri videtur in sacris Conciliis damnata hæc hæresis, communis tamen doctrina hæreticum reputat.

Alio autem modo incurritur schisma, quum aliquis mauult voluntatem suam implere, seu opus aliquod efficere vel perficere, quam seruare unitatem Ecclesiasticam: vt cōtingit iis qui vniuersales synodos contempto capite celebrant aut celebrare volunt, quasi ipsi sint Ecclesia catholica. Tunc enim secundum effectum schisma incurritur, sicut homicidium secundum effectum incurritur ab illo qui etsi nō intendit occidere, intendit tamen potius suam implere voluntatem sagittando in loco non deserto, quam homicidii periculum vitare: dum enim usurpant isti Ecclesie nomen, ab unitate veræ Ecclesie catholicæ quæ secundum unitatem capitis est, seipsos separant. Vtroque autem modo schismatis crimen cum suis pœnis incurritur, sicut homicidii crimen vtroque simili modo incurritur. Si autem tempore dubiorum pontificum incertitudo veri pontificis hominem dubium reddat de certo Christi vicario teneatur primò quòd certū est.

Et in pro
alis peri
antia fa
nem rui
Nam de
quòd est
eccarum
vel facto
n pecca
tis addit
tum est.

ritur.
nitate ex
e contra
em schif
entione
esie: ita
ministrare
e, &c.)
sed ipse
eorum:
Ecclesie
corporis
olica. Et
ur schif
Christi
dubita
uoniam
ordine

ing; du
lo infra
vult re
noscere

505 *Scrupulos. medic.*

est: scilicet ut quilibet se reputet & habeat ut vnus Ecclesie catholice, & ad vnum ipsius caput in celo Christum, & dubios vicarios Christi habeat ut dubios, nulli videret & indubitato pontifici inhaereat, quoniam errandi periculo non se tenetur exponere: nec dubia tenetur habere pro certis: imò temerè agere inhaerendo dubio pontifici tanquam certo. Deinde consulat peritos viros simul ac bonos: à quibus si certum consilium tutè se habendi habere poterit, sequatur illud: si verò in ambiguo consilium manet, eligat tutiorem partem. Et hoc ideo summarie pertransio: quia longo opus est tractatu de modo se habendi quò ad obedientiam tempore schismatis propter multitudinem dubiorum ex vario facto causante schisma emergentium: quem si Deus concesserit, intendimus seorsum condere.

Aduerte tamen perspicaciter quod schismatis peccatum tendit contra unitatem siue Ecclesie siue capituli formaliter, & non contra unitatem cum ista vel illa persona determinatè. Et propterea si rationabiliter dubitatur has personas esse partes seu membra Ecclesie, & similiter si rationabiliter dubitatur hanc personam esse caput Ecclesie, & propterea non habetur hic pro papa certo, aut non habetur totaliter pro Papa ratione ad hoc ducente, non incurritur crimen schismatis, etiam si error interueniret: quia non interuenit schisma formaliter. Et ratio probabilis excusat ut schisma materialiter non redeat in naturam suæ formæ, hoc est in formale schisma in casu quo sic erraretur.

Gratia Dei curantur scrupulosi.

Scrupulorum medicina diuina, est gratia Dei non solum inuis habitans, sed exteriori assistentia custodiens: quæ propriis & alienis orationibus, ieiuniis &